ILLUSTRISSIMIS
HOLLANDIÆ WESTFRISIÆQUE ORDINIBUS
H. GROTIUS
Fiſci Hollandici, Zelandici, & Weſt-Friſici Advocatus.

EXIGUUM *vobis libellum offero, Nobiliſſimi atq; Ampliſſimi Patres: imo offert ſeipſe, mole quidem exiguus, at magnus argumento, veſter vero totus. Veſtrum enim imperium, veſtra jura majeſtatemque defendit. Hoc namque agit, ut, breviter ab initio inclitæ gentis in hunc diem intercedentia ſecula percurrens, oſtendat, penes utriuſque ordinis primores curam ſemper fuiſſe Batavæ rei, quæ tandem ad*

[Hi de Etymo Zelandiæ verſus collocandi poſt paginam 356.]

De Etymo

ZELANDIÆ.

Maſcula Gens, quam Zelandos hæc nuncupat ætas,
Cur vos Mattiacos priſtina ſæcla vocant?
An quia vulgaro gentis ſermone ſoletis
Conſortes operum MAAT *vocitare viros?*
Sive fuit priſco Toxandria nomen ab ævo,
Sive Gigantæes vos, Slaviósque vocem?
Ecquis ab antiqua credat deducta Zalando,
Noſtráque in Iliacâ ſceptra fuiſſe manu?
Arboricasve putem ſignatas nomine terras,
Fortè quod arboribus luxuriabat humus?
Quǽque alia inſtabili Criticus diiudicat arte,
Ilita ſub obſcuro vertice ſenſa latent.
Sed cur Zelãdi nunc dicimur? an quia nobis
Plus vicina quatit littora noſtra Thetys?
An quia Cimbrorum Sialandia Gentis origo eſt,
Aut debellatis imperitavit avis?
An quia ceu Syrtes mediis enaſcimur undis,
Quà mare, vel denſis turget arena vadis?
Sive quod æquivocans telluris imago, marísque,
Nos velut æquoreos, terrigenásque facit?

An